

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS
MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, ||
Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVATIO. VI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

positiue, illud non potest poni illo positiuo manente, sed voluntati vt peccans est incompossibilis ista entitas, quæ est non peccare, ergo voluntate peccante impossibile est nõ peccare inesse voluntati. Si de ratione voluntatis vt voluntas est, est quod possit non peccare, ergo nunquam ponitur peccare in ipsa. ¶ Ad primum non est dare primum sine secundo in eodem ordine, & dico q̄ æque primo voluntas est totius actus defectibilis, ergo conceditur maior. Ad aliud defectibilitas necessario sequitur voluntatem creatam, & illa defectibilitas est in libero arbitrio, sicut cā quare potest peccare, non autem defectibilitas est tota cā, ergo peccatum non est necessarium. Ad aliud hoc posito non potest oppositum poni simul in sensu compositionis.

CONTRA ista quod peccati non sit aliqua cā probatio, quia si sic, voluntas prima posset aliquid contingenter cāre inde, & peccaret: sed prima voluntas non vult aliquid contingenter, quia illa contingenter non potest velle aliquid libere nec intrinsece, nec in obiecto voluto siue in extrinseco, quia illud obiectum extrinsecum ponitur volitū, nec sub velle, cum voluntas necessaria poneret illud in esse. Item cui entitati vel non entitati de ratione sui vt ponendæ inesse reputat hñre aliam cālitatem a se, Si non est a se, impossibile est ipsum esse. Sed secundum anselmum de casu diaboli, cā quare Angelus voluit appetere similitudinem Dei, non est dare, nisi quia peccare voluit: nec est causa quare, voluit, nisi quia voluit.

Ad primum vult contingenter multa, & hæc contingentia non est in actu suo absoluto sed in connotato.

CONTRA connotatum est obiectum, ergo obiectū est illud in quo est contingentia, scilicet a. vt terminans actum siue æternum terminans, ergo in obiecto fuit contingentia ab æterno. Dico contingentia est in voluntate a voluntate diuina, & ipsum velle positum contingenter inesse voluntati.

CONTRA, voluntas necessario est sub velle, ergo necessario ponit volitū. Dico velle respectu extrinseci est contingens, vnde causa est necessaria in se, tamen non necessario causar, immo minus necessario se habet ad aliud a se quanto est magis necessaria in se. Ad aliud non fuit altera causa, vt actus secundus respectu velle mali, sed tantum actus primus, sicut ante illum non alius actus secundus mali: vnde quia voluit, id est voluit per velle, non quod aliud velle malum fuerit causa primi velle mali sicut aduersarij volunt.

DISPUTATIO. VI.

Utrum habitus perficiens aliquam potentiam sit principium actuum
Actus, ita quod per habitum tantum per principium elicitiuum, vel actuum, elicatur actus.



TRIVM habitus perficiens aliquam potentiam sit principium actuum
Actus, ita quod per habitum tantum per principium elicitiuum vel actiū elicatur actus.

actus. quod sic videtur, forma actiua dans esse primū est principium actuum respectu actus secundū, sed habitus prudentie est huiusmodi, quia prudentia est habitus cum vera ratione actiua. sicut ars est habitus factiua ex sexto ethicorum, ubi etiam philosophus separat prudentiam a sapientia & scientia & ab intellectu, per hoc quod prudentia est actiua, igitur prudentia est principium actuum operationis secundū, quo prudens agit opus prudentie.

¶ Præterea omne habens finē aliquem habet operationē propriam, per quam attingit istum finem, quia aliter illum finē frustra haberet, sed oē habens operationem propriam, per quam attingit finem illum, est principium actuum illius operationis. cum igitur prudentia habeat finem proprium ut fines aliarum virtutum, sequitur quod prudentia sit principium actuum respectu propriæ actionis. ¶ Confirmatur ratio sub hac forma: quæquid est intellectui habituato ratio, per quam habet aliquem finem, est sibi principium actuum operationis quā attingit illum finem, sed habitus est ratio quā intellectus habituatus hēt proprium finem, qui non est finis intellectus in quantum intellectus, sed in quantum habituatus, ergo habitus est principium actuum eliciendi operationem respectu illius finis.

¶ Præterea habitus est forma absoluta ut supponitur, sed unūquodque tale habet propriam operationem in supposito, quā cum potest hēre, dicitur esse tale, cū nō potest non dē hōi: vñ ut ibidem dicitur, omnia sunt determinata

operatione, ergo habitus habet propriā operationem in quam potest ipsam eliciendo.

¶ Confirmatur ratio per philosophum, pati est materia agere, vero alterius ut formæ: sicut igitur materia est principium patiedi ita quod in quocunque est materia illud est natum pati, sic forma vñ est principium agendi igitur cum habitus sit forma quædam absoluta, sequitur quod erit principium actuum actus secundū. ¶ Præterea agens in agendo assimilatur sibi effectum per principium agendi, illud igitur est principium actuum respectu actus secundū quo per effectus, per quod effectus magis assimilatur agenti, sed actus magis assimilatur habitui quam potentia. ergo habitus magis erit principium actuum respectu actus quam potentia in qua est habitus.

¶ Præterea in phi. 3. phy. & 2. de aīa, inscius qui non habet habitum scientiæ, est in potentia essentiali ad actum considerandi & sciendi, sciens habens habitum scientiæ est in potentia accidentaliter, sed quando eūque aliquis est in potentia essentiali ad aliquem actum secundum, si habeat formam & remanet tñ in potentia accidentaliter ad secundum actum, illa forma est principium respectu actus secundū, quā id quo aliquis reduciatur ad potentiam accidentalem respectu actus, est principium actiui actus, sicut patet de calore respectu actus calefaciendi, & in omnibus alijs ubi actus secundus sequitur actum primū. ergo scientia est principium actuum respectu actus considerandi. ¶ Responso, sicut intellectus

8. phi. 2. de anima.

ant.

ante speciem, est in potentia essentiali ad considerandum, sic ante scientiam est in potentia essentiali ad faciliter, & per scientiam est in potentia accidentali non quidem ad considerandum, sed ad faciliter considerandum.

¶ Contra operatio proportionatur principio actiuo in hoc quod quanto operatio est perfectior & intensior, ratio principii eius actiuum est perfectius, aut maiorem conatum habens, si sit tale principium cui vel conatus: sed operatio elicitur a potentia habituata, potest esse perfectior & intensior quam operatio elicitur a potentia ea ad non habituata cum equali aut maiori conatu, unde videmus quod virtuosus cum minori conatu potest elicere actum virtuosum fortitudinis aut temperantie, quam non habens habitum virtutis, qui cum magna difficultate, & conatu potentis, non potest talem actum elicere. sic etiam est de intellectu & voluntate habituata. igitur principium actiuum talis operationis, est perfectius, & magis actiuum, aut maiorem conatum habens, sed hoc non est ex parte potentie, quia cum equali conatu, aut maiori non potest actum ita perfectum elicere. ergo hoc ratione habitus potentiam perficietis, igitur habitus in potentia principium actiuum respectu operationis, ut quia plus de actiuitate est in potentia & habitu, quam in potentia solum, ideo potentia habituata perfectiorem habitum potest elicere. Vel sic potest argui, quod confert potentia facilitatem agendi, aufert ab ea difficultatem agendi, sed potentia agens cum conatu si auferatur difficultas agendi agit cum minori conatu. ergo cum

habitus tribuat potentie facilitatem agendi potentia habituata, cum minori conatu operabitur equallem operationem, quam non habituata. ergo cum equali conatu operabitur operationem perfectiorem, sed operatio perfectior est a causa potentiore, hoc autem in proposito non est ipsius potentie, quia ponitur equalis conatus potentie, eque perfecte igitur est propter causalitatem habitus concurrentis.

¶ Præterea philosophus quinto metaph. & secundo physico. 1. meta. reducit artem ad genus causæ efficientis de arte loquens, ut habitus est a quo denominatur artifex, unde vult, quod ad id genus causæ reducit artem & artificem. ergo habitus factiuus qui est ars erit principium actiuum respectu operationis secundæ artificis. Similiter 9. meta. ca. 2. 9. meta. dicitur, quod potentia rationalis ut ars, est scientia factiua sunt potentie factiue, quia principium transmutandi aliud in quantum aliud. Et idem vult. 5. metaph.

¶ Præterea virtutis habitus est causa effectiua moralitatis in actus, ita quod dat actui, quod sit virtuosus & moralis, sed moralitas actus est eadem res cum substantia actus. ergo habitus erit principium actiuum actus quantum ad substantiam actus. maior patet quia quod dat actum primum dat actum secundum, ut quod dat esse in quocumque genere dat agere, sed habitus virtutis dat esse virtuosum, ergo dat agere virtuose, ergo virtuositas & moralitas in actui, est ab habitu. minor probatur, quia si moralitas in actu sit

fit aliud a substantia actus, aut
igitur aliud absolutum aut aliud
respectuum. non aliud absolu-
tum, quia tunc actus virtutis non
esset formaliter simplex, sed es-
set ens per accidens. Nec est tunc
respectus, quia tunc cum habi-
tus sit principium illius moralita-
tis, sequitur quod ad solam rela-
tionem daretur actio.

¶ Præterea si habitus non sit
principium actuum actus, tunc
sequitur ut videtur opinio Pelagii,
quod non sit ponere charitatem
& gratiam, quia tunc sine chari-
tate posset quis diligere Deum
super omnia; & ita quicquid po-
test voluntas cum charitate &
gratia, potest sine tali; & per con-
sequens ut videtur non est ne-
cesse ponere gratiam cooperan-
tem nec operantem.

¶ AD QUÆSTIONEM
dicebatur quod habitus non est prin-
cipium actuum respectu actus,
nec quantum ad substantiam
actus, nec quantum ad moralita-
tem in actu. Primum istorum
ostenditur sic, actus est sufficiens
& totalis causa habitus, non est
autem causa uniuoca sed equi-
uoca, nam actus & habitus non
sunt eiusdem speciei cum habi-
tus habeat rationem manentis
& quiescentis, actus vero ratio-
nem transeuntis: sed in causis
æquinocis impossibile est quod sit
circulus, ut hoc sit causa illius
& e converso. ergo impossibile
est ut habitus sit causa effectiua
actus principium actuum eius.
maior probatur primo de acti-
bus, actus enim voluntatis gene-
rans habitum in voluntate suf-
ficienter causat habitum ut cau-
sa totalis nihil voluntas operan-
do in productione habitus, quia
tunc actus nati generare habi-

tum ipsum non generarent, si vo-
luntas nollet huiusmodi actus
generare habitum, quod falsum
est. quantumcunque enim vo-
luntas eliciens actus iustitiæ nol-
let quod ex istis generaretur iusti-
tia in ipsa, adhuc necessario ius-
titia generaretur in ea, cum hu-
iusmodi actus naturaliter suam
similitudinem imprimunt in vo-
luntate, ergo voluntas nullam
actiuitatem immediate habet
super habitum, sed tantum actus
ex quibus generaretur habitus.
ergo actus est totalis causa ha-
bitus. Hoc probatur de habi-
tibus moralibus si ponantur ge-
nerati in appetitu sensitivo.

Nam actus ex quibus genera-
tur habitus temperantiæ in ap-
petitu sensitivo, sunt causati a
voluntate ex imperio volunta-
tis in appetitu sensitivo, & non
sunt a potentia sensitiva nec ab
obiecto. Cuius probatio est,
impossibile est, quod agens na-
turale naturaliter agens habeat
contrarias actiones, ut quod ignis
moueatursursum & deorsum,
appetitus autem sensitivus &
obiectum delectabile & actus
prius si eliciatur a potentia ap-
petitiva sensitiva sunt agentia
naturaliter. ergo impossibile
est, quod eliciant contrarios ac-
tus, sed actus proprius & natu-
ralis appetitui sensitivo & ob-
iecto delectabili est contrarius
actui ex quo generatur habitus,
quia obiectum sensibile delecta-
bile de se natum est causaliter
delectationem, & sensus appeti-
tivus de se natus est immobili-
ter & immoderate tendere in
obiectum delectabile, ita quod si sen-
sus appetitivus & obiectum de-
lectabile derelinquantur proprie
virtuti, causabunt actum corru-
ptum

ptium habitus virtutis, ergo im-
possibile est qd ab istis sint actus
quibus generatur, virtus, ergo
sunt impressi in appetitu sensitivo
a voluntate ex imperio volunta-
tis. Non igitur potentia appeti-
tiva sensitiva habet aliquā acti-
uitatem cum actibus ex quibus
generatur habitus temperantiæ
in appetitu sensitivo, & conse-
quens actus erit totalis causa ha-
bitus, & nō potentia in qua sunt
actus. vnde siue sint a potentia
siue non sint effectiue a poten-
tia, sed tantum impressi in potē-
tia, adhuc generant habitum. Mā-
nor probatur. s. qd impossibile
sit esse circulum in causis æqui-
uocis. Nā causa æquiuoca sem-
per est pfectior suo effectu. Non
enim potest esse imperfectior,
impossibile est enim vt imperfe-
ctius producat perfectius: tunc
enim posset dici qd totus man-
dus posset produci a mulca, si
nō repugnaret imperfectiori
producere perfectius, nec pro-
bati primum principium esse in-
finitum, nec etiam primū agens
esse, tunc enim quodlibet a qd-
libet posset produci. Non igitur
causa æquiuoca potest esse im-
perfectior suo effectu, nec etiam
aqualis in perfectione sibi, quia
causa æquiuoca & effectus dif-
ferunt specie, & impossibile est
duas species esse æquales in p-
fectione. igitur semper cā æqui-
uoca est perfectior suo effectu.
cum igitur perfectius non possit
produci ab imperfectiori, vt pro-
batum est, impossibile est aliqd
indiuiduum speciei effectus sit
causa alicuius indiuidui speciei
in qua est æquiuoca. igitur in
causis æquiuocis impossibile est
esse circulum, & per consequens
impossibile est actum esse cau-

sam habitus & econuerso. Sed
huius rationi primo instatur, quia
non videtur verum qd appetitus
sensitiuus per actus suos non
possit in se generare habitum, ga-
licet appetitus sensitivus quan-
tum est de se immoderate & ef-
frenate tenderet in obiectū suū
delectabile, tamen quia est per-
suasibilis a ratione, & subiaceret
imperio voluntatis, potest alio
modo tendere in obiectum suū
quā modo illo quo de se ten-
deret, sicut equus curreret in lo-
cum determinatum, tamen per
alioquem potest dirigi nūc ad
vnum locum nunc ad contra-
rium. ita appetitus per causam
superiorem vt per rationem pra-
cticam & voluntatem imperan-
tem potest alio modo tendere
& appetere obiectum suū, quā
faceret derelictus appetitus pro-
prio.

C O N T R A, impossibile est
quod causa inferior naturaliter
agens agat actionem oppositā
sue actioni aut ex imperio aut
motu causæ superioris, nisi cau-
sa superior imprimeret aliam
formam in causa inferiori, qua
mediante possit elicere actionē
contrariam sue actioni propriæ.
ergo si voluntas imperio suo
non imprimeret aliam formam
in appetitu sensitivo, impossi-
bile est ipsum tendere in obiectū
suum contraria actione quā
sit natus de se, & ita semper ten-
deret in obiectum suum illud
concupiscendo tanquam delecta-
bile prosequendum. Dicitur
qd non habet actionem contra-
riam ex imperio voluntatis actio-
ni sue propriæ, sed tantum alio
modo tendit in obiectum suum
per directionem causæ superio-
ris, quia ex se inordinate & im-
moderate

moderate tendit ex imperio voluntatis, & persuasione rationis tendit ordinare secundum debitas circumstantias: ne hoc videatur inconueniens, cum videmus in naturalibus qd calor vnde calor habet consumere, & non nisi propriam formam inducere, & tamen vt dirigitur ab animis, est principium augmentandi & conservandi, cuiusmodi est calor vitalis animar, & huiusmodi etiam calor in semine.

CONTRA sicut in voluntate velle & nolle respectu eiusdem obiecti sunt actus contrarii, ita fuga & prosecutio siue fugere & prosequi sunt actus contrarii in appetitu sensitivo. & secundum philosophum qd est affirmatio & negatio in intellectu, est fuga & prosecutio in appetitu. ergo operatio qua appetitus tendit in obiectum delectabile ipsum appetendo & prosequendo, est contraria actui quo appetitus refrenatur & fugit illud obiectum delectabile sensui, ex quibus generatur temperantia. igitur actus ex quibus nati sunt generari habitus virtuosos contrariantur actibus quibus appetitus natus est tendere in obiectum suum delectabile ipsum prosequendum. Dicitur qd isti actus contrarii non sunt respectu obiecti sub eadem ratione obiectiva, sed sub diuersa ratione obiectiva, & ideo sunt respectu diuersorum obiectorum & formaliter, quoniam appetitus sensitivus natus est tendere de se i obiectum suum est delectabile, sed illud idem apprehensum a practica iudicatur fugibile, & tunc appetitus sensitivus persuasus a ratione practica fugit illud obiectum, & quod

pius habuit rationem delectabilis & prosequibilis iam ex sententia rationis practice habet rationem fugibilis. Quis autem agens naturale respectu obiectorum diuersorum habeat contrarios actus non est inconueniens.

CONTRA, sub eadem ratione qua sensibile est apprehensum a sensu apprehensiuo, sub eadem ratione appetitus sensitivus tendit in illud aliter. n. tendet sub ratione non ostensi. sed apprehensivus sensus non apprehendit sensibile delectabile nisi sub ratione delectabilis, qd sub nulla alia ratione de se natum est immutare sensum. ergo impossibile est qd alia ratione appetitus sensitivus tendat in illud quam sub ratione delectabilis, & hoc per actionem sibi propriam, non igitur per suam actionem quam elicit tendit in illud obiectum sub ratione fugibilis. Preterea sub illa ratione, sub qua est apprehensum a ratione, non est obiectum appetitus, sensitivi. cum obiectum intellectus sit uniuersale, & obiectum sensus sit singulare. ergo quamuis intellectus dicat aliquid esse fugibile, appetitus sensitivus non tendet in illud per suam actionem sub eadem ratione, nisi ab appetitu intellectivo causetur in appetitu sensitivo actus qui sit illi obiecti sub ratione fugibilis. ¶ Præterea predicta responsio multum magis irrationabile ponit quam responsio ad questionem. Maius enim inconueniens est qd intellectus rationem causet obiectivam in obiecto appetitus sensitivi, quam qd voluntas eius est secundum imperium suum mouere alias potentias

tias causaret aliquid impressiue in appetitu sensitiuo quod sit actus obiecti sensibilis, tanquā aliqua impressio derelicta in appetitu sensitiuo ex imperio voluntatis & eius motu. Sed contra hoc instatur q̄ cum voluntas non sit potentia factiua habens actum transeuntē, sed immanente, non v̄ q̄ voluntas per actum suum & per imperiū possit causare in appetitu sensitiuo actum ipsius appetitus sensitui. quomodo enim posset ibi causare nisi per actum suum illud attingat quod tamen nō pōt cū nō habeat actum transeuntē. ¶ Præterea rōne qua volūtas pōt cāre in appetitu sensitiuo actū ipsius appetitus, eadem ratione pōt voluntas in intellectu cāre actum intelligendi, cum maiore connexionem habeat cum intellectu quā cum sensu. sed hoc dicere respectu intellectus est inconueniens, quia tunc intellectus non haberet actum sibi proprium. Sed ad hoc est dicendum q̄ actus voluntatis qui dicitur velle, nō est actus de genere actionis, quia actio de genere actionis non beatificat voluntatē, sed aliquid absolutum, voluntas autem in volendo & diligendo Deū beatificabitur. Similiter philosophus 10. Ethyoricū. plus ponens q̄ felicitas consistat in actu intellectus & rōnis, nō ponit q̄ felicitas sit actio de genere actionis, & ideo velle & intelligere sunt quādā qualitates productæ p actionē de genere actionis, vt p actionē dicendi ex parte intellectus & p actū sperandi ex parte volūtatis; & q̄ ad actionē de gne actionis nō terminat pductio, impossibile est q̄ actus intelligēdi & volēdi, q̄ producunt p actionē intellectus &

volūtatis, sint actiones de genere actionis: sunt igit qdā qualitates. hmoi vero qualitas in ipsa volūtate existēs p conuersionē volūtatis ad appetitū sensitiuū nata est actum causare in sensu appetitiuo, qui etiam actus non est actio de genere actionis, sed est quādam qualitas in appetitu sensitiuo. ex quo derelinquitur habitus in sensu appetitiuo, & sic ex imperio voluntatis potest generari in appetitu sensitiuo, & hoc est voluntatem alijs potentijs imperare. ¶ Veleiam nata est volūtas ex imperio suo causare actum non solum in appetitu sensitiuo, sed etiam in potentia motiua, & ideo licet actus voluntatis qui est de genere actionis non sit actio transiens sed recepta in potentia, tamen qualitas illa quæ est actus volendi, quæ est actiua, potest agere in aliam potentiam & causare ibi qualitatem realem quæ sit generatiua habitus. ¶ Ad hsecundū dicendum, q̄ non est simile q̄ appetitus sensitiuus est receptiuus alicuius quod non possunt causare mouentia ipsum naturaliter, quæ sunt obiectum delectabile & ipsemet, sed intellectus non est receptiuus alicuius formæ ad quam non mouet mouentia ipsum naturaliter.

SECUNDVM principale. s̄, q̄ habitus non sit causa mouens in actu. probat sic actus precedentes habitum virtutis secūdu rectā rōnē elicit nūquā generarent virtuosum habitū, sed magis virtuosum agit cū moralitas in actu precedat habitū sicut & substantia actus, habitus non potest esse cā effectiua moralitatis in actu, vnde nō est imaginandū q̄ potentia in qua est

ha-

Philoso-
phus 10.
Ethyoricū.

habitus sit causa substantiæ actus, & q̄ habitus sit causa moralitatis, ita q̄ substantia actus correspondeat actiuitati potentie, & moralitas in actu correspondeat habitui, sicut quidam imaginantur, sed potentia intellectiua & volitiua habitua secundum actualitatem potest esse causa actus secundum circumstantias actus ex quibus dicitur virtuosus. Nam ex hoc dicitur virtuosus actus, quia est conformis suæ regulæ quæ est prudentia. Intellectui quantum cunque enim aliquis eliciat actus temperantiæ aut fortitudinis, qui secundum regulam rectæ rationis nati essent generare habitum, virtutis, si non sint conformes suæ regulæ, sed eliciantur ex timore aut ex alia causa non virtuosa, nunquam generabunt temperantiam aut fortitudinem, nec dicuntur actus virtuosos, quamuis enim ex illis actibus naturaliter derelinquat quædam qualitas absoluta non, tamen dicitur virtus, quia non est conformis suæ regulæ, scilicet rectæ rationi. s. habitui prudentiæ. & virtus moralis formaliter dicitur respectu ad regulam suam. s. rectam rationem, ut patet ex definitione virtutis, prout est dictum prius in quadam collatione. & ideo si actus præcedentes habitus virtutis generatiui habitus sunt conformes rectæ rationi, erunt actus virtuosos, etsi nondum habeatur habitus virtutis. Unde quod dicit philosophus secundo Ethicorum, q̄ nō habēs iustitiam quamuis possit operari iuste non tñ iuste. hoc intelligendum quantum ad oēm conditionem actus virtuosos, quia non habens habitum non potest prompte nec de-

lectabiliter operari iuste. & delectatio est signum generati habitus. q̄ tamen non habens habitum iustitiæ possit iuste & virtuose operari per conformitatem ad rationem rectam (quamuis cum difficultate) non credo philosophum velle negare. sed contra hoc arguitur, quia videmus q̄ potentia habituata magis prompta est etiam ad actum eliciendi, & delectabilius actum elicit quam carens habitu. ergo habitus dat potentiæ facilitatem & promptitudinem ad agendum & aufert difficultatē, sed quod dat potentiæ facilitatem & promptitudinem ad agendum in eliciendo, facit quod actus elicitus ad tali potentia habituata sit delectabilis & virtuosus, & per consequens habitus videtur esse causa moralitatis saltem in actu. Dicitur quod habitus inclinat potentiam & potentiam faciliat, sed non ad patiendum nec ad agendum. Non ad patiendum & ad recipiendum actum, quia tunc actus reciperetur in toto composito ex potentia & habitu, quod est falsum, quia actus præcedentes habitum ex quo sunt eiusdem speciei cum actibus sequentibus habitum, habebunt idem receptivum. actus vero præcedentes habitum recipiuntur in nuda potentia. igitur similiter & actus sequentes habitum. nec etiam habitus inclinat ad agendum, ut præstestum est. sed dicitur, habitus inclinat potentiam secundum q̄ prior forma dicitur inclinare subiectum suum ad formam posteriorem, cum qua conuenit naturaliter forma prior, & per quam quodammodo perficitur & saluatur forma prior. Exemplum

plum si ponatur gratia exempli
 ¶ grauitas non sit principium
 actuum quo graue mouet se
 deorsum, tunc grauitas non in-
 clinat graue ad mouendum se
 effectiue deorsum, nec etiam
 grauitas inclinat passiuè graue
 ad recipiendum ubi deorsum,
 quia sola quantitas est princi-
 pium recipiendi ubi, sicut & re-
 plendi locum. ideo grauitas di-
 citur inclinare graue ad ubi deor-
 sum, sicut forma prior ad for-
 mam posteriorem per quam sal-
 uatur. Nam graue naturaliter
 quiescit & saluatur in ubi deor-
 sum. Aliud exemplum de ligno
 secco ad recipiendum calorem
 ab igne, in quo siccitas non in-
 clinat ad agendum, nec etiam ad
 subiectiue recipiendum, ita qd
 siccitas sit ratio subiectiua in re-
 cipiendo calorem. Sed dicitur
 inclinare, quia naturaliter siccitas
 saluatur cum forma caloris.
 & ideo dicitur siccitas inclina-
 re ignem ad calorem sicut ad
 formam cum qua conuenit, &
 per quam perficitur & saluatur.
 Sic in proposito habitus perfici-
 tur & augetur per actum, & ideo
 dicitur habitus inclinare poten-
 tiam ad actum sicut ad formam
 per quam saluatur & perficitur.
 ¶ Ad primam rationem principa-
 lem dicendum qd prudentia di-
 citur actiua & ars factiua, non
 quia sit principium agendi aut fa-
 ciendi proprias actiones poten-
 tiaz in qua sunt, tunc enim scien-
 tia & alij habitus speculatiui
 essent principium actuum re-
 spectu propriarum operationum.
 sed ideo dicuntur isti duo habi-
 tus principium agendi & non ha-
 bitus speculatiui, quia dirigunt
 circa operationes exteriores,
 quomodo non faciunt habitus

speculatiui. prudentia enim di-
 rigit circa actus virtutum mora-
 lium, qui actus sunt in volunta-
 te aut in appetitu sensitiuo, ars
 autem dirigit circa operationem
 transeuntem in exteriorem ma-
 teriam. ¶ Ad secundum, quando
 arguitur quod omne habens
 finem habet operationem prop-
 riam per quam attingit finem,
 dicendum qd non semper est ve-
 rum, quia natura non dedit prin-
 cipium actuum intrinsecum cui-
 libet attingenti suum finem, si-
 cut homo non habet ex se suffi-
 ciens principium actuum ad at-
 tingendum beatitudinem, simi-
 liter potentia sensitiua si ponat-
 ur passiuè, non habet principium
 actuum ad eliciendum actum
 suum, qui est finis eius, sed hæc
 vera est: omne habens finem ha-
 bet in se principium actuum at-
 tingendi finem suum, vel natura
 est aliquid cuius adiutorio po-
 test finem attingere, & sic habi-
 tus prudentie finem suum po-
 test attingere per actiuitatem.
 suæ potentie intellectus quam
 perficit. ¶ ad tertium, quando ar-
 guitur qd omnis forma absoluta
 habet propriam operationem, di-
 cendum qd falsum est. non enim
 omnis forma absoluta est acti-
 ua, quantitas enim est forma ab-
 soluta, non tamen est principium
 actuum, unde forma rerum na-
 turalium per quas agunt, sunt
 determinatae proprijs operatio-
 nibus, de quibus loquitur philo-
 sophus. 4. Meta. cum dicit qd om-
 nia sunt determinata operatio-
 ne. Etiam quando arguitur in
 confirmatione, quando natura
 ipsius materie est pati, ita natu-
 ra ipsius forme est agere, dicen-
 dum qd si loquitur proprie de
 materia prima & forma sibi co-
 ueniens.

philosophus
 4. Meta.

ueniente quæ est perfectio eius, vera est propositio q̄ sicut materię primæ proprie est pati, ita formæ substantialis perficientis materiam est agere: pono enim formam substantialem esse actiuam & esse principium operationis specificę. Si vero accipiat materia improprie pro quocunque habente modum materię, sic falsa est hæc, q̄ ubiq; materię est pati, aliqua enim forma actiua respectu alterius habet modum materię & potentialis, & tamen est actiua; & sic etiam falsa est q̄ ubicunque cuiuscunque formæ est agere. ¶ Ad quartū q̄ arguitur q̄ actus magis assimilatur habitudini quàm intellectui, ergo habitus magis est principium actiuum actus quàm intellectus. dicendū q̄ actus magis assimilatur obiecto quàm habitui, & obiectū est principium assimilandi actum, & ideo sequitur q̄ obiectum cum intellectu sit principium actiuū actus qđ cōcedo. ¶ Ad quintum q̄ arguitur p̄ philosophū q̄ intellectus p̄ scientiā reducit de potentia essentiali ad potentiam accidentalem, dicendū q̄ a quo uoce accipitur scientia a philosopho. Nā ibi accipitur scientia pro specie impressa ab obiecto, q̄ pōt dici habitus & scientia, quia hēt rōnem quiescentis & permanentis in intellectu, vel ēt principium actiuum cū intellectu ad intelligendū & acquirendū notitiam simpliciter prout habet vicē obiecti. Sed alio mō accipitur scientia & habitus pro quadā qualitate derelicta ex multis actibus sciēdi, & ista scientia non est principium actiuū reducens intellectū de potentia essentiali ad accidentalem, & sic ēt dicendū est de ha-

bitu prudentiæ, quia species impressa in intellectu a primo obiecto practico est principium reducendi intellectū de potentia essentiali ad actū prudentiæ, & pōt dici habitus prudentiæ illa species p̄ causam p̄dictam. Sed habitus qui qualitas est derelicta ex actibus prudentiæ, nō est principium actiuū eliciendi actū prudentiæ. ¶ Ad sextū q̄ arguitur q̄ operatio perfectior & intensior requirit principium actiuū intensius vel maiore conatu in principio actiuo, dicendū q̄ est verū, sed tñ quilibet experit, q̄ habens habitū cum minori conatu potentię aequalē actū elicit q̄ carens habitu, & habitus amouet difficultatem agendi: vnde vñ, q̄ habitus sit principium agendi q̄ est diuersitas a parte susceptiui. sicut igitur ignis æquali actione intensiore calorē causat in ligno sicco quā in ligno viridi p̄ diuersitatem supposito vel susceptiui, sic in proposito: licet enim habitus non sit rō susceptiui, ita q̄ compositum ex potentia & habitu sit proprium susceptiuum actus, tñ p̄ conuenientiam habitus cū actu, actus receptus in potentia habituata est perfectior, quā in potentia nuda receptus: vnde sicut siccitas in ligno inclinat ad recipiendū calorē intensiore propter cōuenientiam quā hēt, sic & habitus inclinat potentiam respectu actus, & in hoc patet quō habitus dī amouere difficultatem. ¶ Ad septimū cum arguit per philosophū, q̄ ars reducit ad cām agentē, dicendū sicut supra dictū est, q̄ ibi non accipit artem pro qualitate derelicta ex actibus, sed pro sp̄ rei artificialis impressa ab obiecto,

Disputat. C quo-

quomodo loquitur philosophus.

7. Meta. cum dicit ab arte sunt quorumcunque species est in anima, ipse autem dico, quod quid erat &c. & ista species potest dici ars, & habitus propter causam supradictam.

¶ Ad octauum, cum dicitur quod habitus sit causa moralitatis in actu, quia dat esse virtuosum, igitur dat agere virtuosum, dicendum quod non sequitur, quantitas enim dat rem primum, & tamen non est principium alius operationis secundae, & ideo non est verum quod dans esse primum, dat esse secundum, scilicet operationem, nisi quando ad esse primum sequitur actus secundus, quod non contingit in proposito. ¶ Ad nonum, dicendum, quod non sequitur opinio Pelagij, quia Pelagius dixit, quod homo ex puris naturalibus potest mereri, quod non ponit ista opinio, licet enim sine charitate possit habere substantiam actus, quam habet cum charitate, non tamen potest mereri sine charitate. Charitas enim requiritur propter rationem merendi, ut charitas charitatem acceptam Deo.

CONTRA, aliquis dicit mereri propter aliquid quod est in parte sua ut preparatione quam habet. si igitur charitas non sit principium agendi, tunc sequitur quod non sit principium merendi. Dicendum, quod maior falsa est, Deus enim acceptat non propter actionem tuam, sed quia dat sibi charitatem, propter quam acceptat te, & non propter opus tuum.

¶ Preterea, adhuc arguitur ad principale, actus proprius prudentiae excedit actum intellectus non habentis prudentiam, ita quod actus intellectus habitus per prudentiam, excedit actum intellectus sine prudentia, quia actus intellectus solus est intelli-

gere aliqua diuidendo, vel componendo, non referendo, ad vltiorem finem, sed actus intellectus informati per prudentiam, est referre in finem prudentiam, actus intellectus habituati excedit actum intellectus non habituati. Illud patet in quo excedit a quo non est, non est ab intellectu, quia tunc non excederet actum intellectus sine habitu existentis, ergo sequitur quod sit ab habitu, & ita habitus erit principium actuum respectu illius. Respondeo, quod intellectus sine habitu potest habere illum actum referendo in finem, aliter non posset habere actum virtuosum precedentem habitum, ex quo habitus generetur sine habitu, cum non potest habere actum ita intentum, non propter maiorem conatum, sed propter diuersitatem a parte susceptiui.

DISPUTAT. VII.

Verum intellectus possibilis sit actus in causando actum intellectus.



TRIVM intellectus possibilis sit actus in causando actum intellectus.

¶ Arguitur quod non, intellectus agens non potest pati, ergo nec intellectus possibilis potest agere. consequentia probatur ex 3. de anima, sicut intellectus agens est omnia facere, sic intellectus possibilis est omnia fieri. ¶ Dicitur quod consequentia non valet, quia licet agens aliquid agere non moueatur, non prohibetur tamen, quod idem quod mouet moueat, & quod illud quod patitur agat, sic est de intellectu agente, & possibili.

CON-